



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

34. Ex quo humilitatem &c. Constitutio quod de cætero Officia, loca  
Montium vacabilia Romanæ Curiaë, ejuscumque qualitatis sint, per  
assumptionem ad Cardinalatum illa obtinentium minimè vacent.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)



das, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quomodocunque, & quomodocunque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores; S. R. E. Camerarium, & Cardinales, etiam de Latere Legatos, nec non Camerae praefatae Thesaurarium Generalem, & Praesidentes Clericos, praefatumque in dicto Regno Nuncium, & Collectorem, aliosque quoscunque qualibet auctoritate, praesentia, & potestate fungentes, & functuros, Sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane si secus super his à quoquam scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariis.

§. 10. Non obstantibus praemissis, & quatenus opus sit de iure quaesito non tollendo, aliisque Nostris, & Cancellariae Apostolicae regulis, & praesentem mem. Symmachi, Pauli II. Pauli IV. aliorumque Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, & alienatis recuperandis, ac praefati Pii IV. de gratis quaecunque interesse dictae Camerae concernentibus intra certum inibi expressum tempus exhibendis, & registrandis, ita ut praesentes Literas ibidem exhiberi & registrari nunquam necesse sit, aliisque quibuscunque Apostolicis, & in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Ecclesiarum praefatarum, ac Nunciaturae Neapolis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, decretis, usibus, stylis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, & indultis, ac Litteris Apostolicis sub quibusvis tenoribus, & formis, cum quibuscunque, etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibus, aliisque decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine sibi libet etiam consistorialiter, ac aliis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, ac etiam plures confirmatis, innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & infererentur, iisdem praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum harum serie specialiter, & expresse, plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscunque.

Fides transumptorum.

§. 11. Volumus autem, ut earumdem praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quae haberetur praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Sanctio poenalis.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum exemptionis, liberationis, voluntatum, mandatorum, permissionis, indulti, concessionum, onerationis, moderationis, reformationis, reductionis, decreti, inhibitionis, declarationis, sanctionis, & derogationis infringere, seu ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

D. 28. Jan. 1693. P. A. 3.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo nona-

gesimo tertio, tertio Kal. Februarii Pontificatus Nostri Anno tertio.

J. F. CARD. ALBANUS.

B. Card. Prodatarius.

Visa de Curia J. Sacripantes.

D. CIAMPINUS.

Loco + plumbi.

Registrata in Secret. Brevium.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, Indictione secunda, die vero ultima Januarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri, Domini INNOCENTII, Divina Providentia Papae XII. Anno Tertio: Supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiae S. Joannis Lateranensis, Basilicae Principis Apostolorum, & Cancellariae Apostolicae, in Aede Campi Flora, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Marcum Aurelium Pellicciam ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papae Curialem.

Publicatio

THOMAS ORLADUS Curf. Magister.

Constitutio, quod de caetero Officia, loca Montium Vacabilia Romanae Curiae, cujuscumque qualitatibus sint, per assumptionem ad Cardinalatum illa obrinentium, minimè vacent.

XXXIV.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX quo humilitatem Nostram in sublimi Sedis Apostolicae specula, nullo meritorum Nostrorum suffragio, collocavit Altissimus, nihil profecto (quantum Divina bonitas dedit) praetermittere conati fuimus, quo Romanae hujus Curiae, quam praeter caeteris ordinatissimam esse decet, decoram undique faciem, ac pulcherrima integritatis laude praesulgentem, sine ruga, & sine macula omnium oculis exhiberemus; praecipue verò quamcumque ab ea cupiditatis, quae radix omnium malorum est, suspensionem pro viribus tolleremus, ut ita ii, qui ex adverso sunt, vereantur, nihil habentes malum dicere de Nobis.

Exordium ab animo vindicandi Romanam Curiam etiam ab umbra maculae.

§. 1. Hoc sanè consilio per Nostram nuper editam Constitutionem, Carnis, & sanguinis laqueos abrumpere satagentes, salutarem praescripsimus modum circa donationes, & distributionem reddituum Ecclesiasticorum in Consanguineos, vel Affines Romani Pontificis pro tempore existentis, inviolabiliter servandum.

Narratur Constitutio moderata liberalitatis in Nepotes

§. 2. Eodem subinde animo, tamen si probe sciremus, falsò non minus, quam injustè ejusdem Curiae detractores conquire de Caesarum Camerae Nostrae Apostolicae Auditoratus; ac dictae Camerae Thesaurariatus Generalium, nec non Clericatum, & Praesidentatus respectivè Officiorum venalitate, ac si nimirum pretium, quo alias praefata Officia vendebantur, spei cujusdam ad altiores Ecclesiae gradus ascendendi merces esset, hique propterea pecuniae potius, quam virtutis intuitu tribui viderentur; cum tamen revera pretium huiusmodi non nisi pinguium proventuum, qui ex Officiis praedictis percipiebantur, compensatio foret, neque id unquam impedimento fuerit, quemadmodum experimenta compertum est, quin ii, qui eorum eximio ita exigentibus meritis, à memoratis Officiis ad sublimiores evecti sunt dignitates, undequaque laudatissimi, ac veri Catholicae Ecclesiae cardines extiterint; Nihilominus ut omnis

Narratur altera sublatæ solutionis pro Officiis Cameralibus.



iniquitas oppilaret os suum, ac ne Viri alioqui digni, solvendo tamen pretio distorum Officiorum impares, ab iis assequendis in posterum arcerentur, per aliam similem Nostram desuper editam Constitutionem eorundem Officiorum venalitatem perpetuò suppressimus, extinximus, & abolevimus.

§. 3. Verùm, cum non omnia uno, eodemque tempore excogitari, nedum perfici potuerint, & plura adhuc remaneant ultra prædicta in eadem Romana Curia diversorum generum Officia venalia, quæ sive vigore quorundam Decretorum à diversis Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris in Consistorio editorum, ac etiam nonnullarum Litterarum Apostolicarum desuper editarum, sive alia forsitan ratione, per assumptionem illa obtinentium ad Cardinalatus honorem vacare consueverunt; in deque nonnullis aliqua etiamnum de amplissima Ecclesiastica dignitate lucrum captandi occasio superesse videatur; dignam profectò pastoralis munere Nostrò, quo non ea quæ Mundi sunt, sed Animarum lucra inquirere admonemur, rem facturi Nobis videmur, si in his quoque Pontificiæ Nostræ sollicitudinis partes interponamus.

§. 4. Quamvis enim certissimum sit, atque omnibus exploratum, longè iniquiores hac in re querelas illorum esse, quorum os maledictione, & amaritudine plenum est, & quisque prudens rerum æstimator facile agnoscat, nonnisi emolumentorum ex Officiis secundo dictis provenientium causâ illorum pretium solvi, nullâ prorsus excelsioris acquirendi gradus habita ratione, cum præsertim pleraque ex ejusmodi Officiis à laicis conjugatis, Infantibus, imò etiam Mulieribus obtineri dignoscantur, tantumque absit quod Romani Pontifices pro tempore existentes in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Promotionibus quidquam de his Officiis cogitare consueverint, ut potius non raro acciderit illos, an promoti per eos Officia hujusmodi obtinerent, prorsus ignorasse.

§. 5. Nos tamen temporale quodcumque commodum, quòd ex eorundem Cardinalium creationibus quomodolibet, etiam indirectè, ac præter intentionem, Nobis aut Successoribus Nostris Romanis Pontificibus provenire possit, penitus remove, & atque ita omnem vel minimam suspicandi occasionem eliminare volentes, ne Nos, aut iidem Successores Nostris in tam sublimis muneris amplitudine conferenda alio, quàm egregiæ Virtutis, & insignium meritorum intuitu ducamur, necnon ulterius considerantes admodum æquum esse, ut ad tanti honoris fastigium evecti, quos pro statu suo juxta gradus celsitudinem decenter sustinendo majorum expensarum onera subire oportet, præfatorum Officiorum vacatione patrimonii sui detrimentum minimè patiantur: Motu proprio, non ad cuiusquam Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, nulla de cætero Officia, & loca Montium vacabilia Romanæ Curie tam hætenus erecta, quàm in posterum forsitan erigenda, cuiuscumque speciei, naturæ, qualitatibus, & quantitatis existentia, & quocumque nomine nuncupata, etiam si Prælatitia, aut aliàs specificis, & individua mentione, & expressione digna sint, per promotionem de personis illa obtinentium ad Cardinalatus honorem à Nobis, seu Romanis Pontificibus Successoribus Nostris quodcumque faciendam, vacare, sed ea, sicuti præmittitur, obtinentes, si Officia quidem, & loca hujusmodi talia sint, quæ per Cardinales obtineri nequeant, illa ut prius demittere & resignare.

§. 6. Si verò talia sint, quæ per Cardinales obtineri possint, illa una cum eadem Cardinalatus dignitate etiam ut prius retinere, ac omnibus, & singulis prærogativis, præerogatiis, facultatibus, honoribus, emolumentis, cæterisque juribus solitis, & consuetis eis ratione eorundem Officiorum, & locorum quomodolibet competentibus, & competituris uti, frui, & gaudere, absque alia nova declaratione,

indulto, seu dispensatione nostra, aut eorundem Romanorum Pontificum Successorum Nostrorum desuper faciendam, neque ipsos, aut ab eis causam habentes quoscumque pro Officiis, & locis præfatis, eorumque emolumentis perceptis, & in futurum percipiendis, à Camera Nostra Apostolica, seu quovis alio molestari quovis quæsito colore, aut causâ ullo unquam tempore posse, aut debere, tenore præsentium perpetuò statuimus, & ordinamus.

§. 7. Decernentes easdem præfatas Litteras & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quicumque in præmissis jus, vel interesse principaliter, vel secundariò, & aliàs quovis modo habentes, seu habere quomodolibet prætendentes ad illa vocati, & auditi, seu causæ, propter quas ipsæ præfates emanarint, adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis iusta, juridica, & rationabili, ac etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, causâ, occasione, colore, ingenio, prætextu, & capite, etiam in Corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel opreptionis, aut nullitatis vicio, seu intentionis nostræ, & interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam maximo, essentiali, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili defectu, notari, impugnari, invalidari, annullari, retractari, rescindi, in controversiam vocari, aut ad terminos Juris reduci, seu adversus illa a perititionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel imperato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio quempiam in Judicio, vel extrâ illud uti, seu se juvare posse; sed ipsas præfatas Litteras, & in eis contenta hujusmodi semper, & perpetuò firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter, & inconculsè observari; sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis censei, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Cameræ Præsidentes, Clericos, & alios Officiales, & Ministros, cæterosque quoslibet quavis autoritate, & potestate fungentes, & quodcumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, judicari, & definiendi debere; Ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, Nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, etiam illa de Jure quæsito non tollendo, nec non fel. rec. Symmachi, Pauli II. Pauli IV. necnon aliorum quoruncumque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiæ, & Cameræ præfate non alienandis, & malè alienatis recuperandis, & illis non obligandis, nec rec. mem. Pii Papæ IV. Prædecessoris pariter Nostris de gratis qualecumque interesse Cameræ prædictæ concernentibus in eadem Camera, ejusque libris intrâ certum tunc expressum tempus præsentandis, & registrandis, ita ut præfates Litteras ibidem præsentari, vel insinuari, aut registrarî nunquam necesse sit, aliisque Constitutionibus, & Ordinatis Apostolicis, ac dictæ Cameræ, aliisque quibuslibet Statutis, regulis, usibus, styli, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis; privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apost. eidem Cameræ, ac quibusvis alijs sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs Decretis,

Decreta roborantia cum clausula sublata, & decreto irritanti.

Derogationes.

Additur motivum presentium Constitutionis, ne per assumptionem ad Cardinalatum vacent Officia, & loca Montium vacabilia, ut omnis obloquendi occasio arceatur.

Officiorum pretium solvitur pro pinguis emolumentis non pro gradu ad Dignitates, dum complura obtinentur ab incapacibus Dignitatibus

Ut clarius appareat solum in promotione reflecti ad merita, decernitur officia non vacare.

Promoti compati-bilia cum dignitate retineant, incompatibilia resignent.



etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac Consistorialiter, & aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantifcumque vicibus innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter, ac exactissimè, & accuratissimè expressis, insertis, servatis, & specificatis respectivè habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè, ac plenissimè, & amplissimè derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extrâ illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die prima Febr. 1693. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

J. F. Card. Albanus.

Anno à Nativitate Domini Nostri JESU Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, Indictione prima, die vero tertia Mensis Februarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, Domini Nostri Domini INNOCENTII Divinâ Providentia Papæ XII. Anno Secundo; Supradictâ Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiæ S. Jo. Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Agapitum de Magistris ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursorem.

Joannes Græcus Magister Curs.

Fides transumptorum.

Dat. 1. Febr. 1693. Pont. Anno 2.

XXXV. Constitutio Moderatoria facultatum Protectorum Ordinum Regularium.

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Christi fidelium, qui spretis seculi hujus illecebris sub suavi Religionis jugo Divini Numinis sese manciparunt obsequiis, salubriori regimini, & felicioribus in Domino progressibus, quantum Nobis ab Alto conceditur, prospicere satagentes, inter multiplices curas, quibus occurrentium, negotiorumque varietatibus obidemur, ad illam quoque nostræ considerationis aciem dirigimus, per quam hujusmodi Religiosorum Ordines S. R. E. Cardinalium protectioni commissi, ita ejusdem protectionis perfruantur subsidio, ut claustralis disciplinæ vigor illibatus permaneat, Institutique observantia facta recta servetur, ac propterea, quæ curæ hujusmodi Protectorum, & quæ censuræ Superiorum regularium respectivè, & magis aptè conveniunt, congrua distinctione ordinentur, seu potius, quæ respectu alicujus Ordinis, per Romanos Pontifices Prædecessores Nostros providè desuper ordinata noscuntur, quoad illum confirmationis nostræ munimine constabulantur, & quo ad eundem, & alios Ordines præfatis Protectoribus, five similiter, five dissimiliter commendatos, pro una,

eademque regula ad, limites tamen præsentium, pariformiter constituentur.

§. 2. Sanè licet Sanctus Franciscus de Assisio in ejus Regula, per Sedem Apostolicam confirmata, hisce verbis præceperit -- Per obedientiam ad hoc injungo Ministris, ut petant à Domino Papa unum de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui sit Gubernator, Protector, & Corrector istius Fraternitatis, ut semper subditi & subjecti pedibus ejusdem S. R. E. stabiles in Fide Catholica paupertatem, & humilitatem, & sanctum Evangelium Domini Nostri Jesu Christi, quod firmiter promissimus, observemus -- Nihilominus nonnulli Romani Pontifices Prædecessores Nostri Protectoris hujusmodi facultates declarandas, finesque, quibus illæ concludi deberent, præscribendos esse, in Domino existimarunt, suisque desuper editis Litteris decreverunt.

§. 3. Cum enim aliqui eorumdem Protectorum suam potestatem nimium extendisse dicerentur in pluribus, ex quibus in Ordine Minorum graves perturbationes, & scandala fuissent exorta, fel. rec. Gregorius Papa XI. Prædecessor Noster suis sexto Kal. Junii Pontificatus Nostri Anno Tertio expeditis Litteris, ut idem Ordo in sua primæva quiete permaneret, de virtute in virtutem iret assidue, & quibuslibet amotis præpeditis, eradicatisque spinis, & tribulis, fructum non solum consueta, sed etiam uberius afferret, ad radicalem submotionem turbationum, & scandalorum ejusmodi jam exortorum, & ne orienturi in posterum provideri, ac ejusdem Ordinis pro tempore existentibus Protectoribus transgressionis suæ potestatis occasionem tollere efficaci remedio cupiens: Auctoritate Apostolica eidem Protectoribus districtius inhibuit, ne præsumerent quæcumque ordinata, statuta, sive disposita, aut ordinanda, statuenda, seu disponenda per Generalia, vel Provincialia, aut Custodialia Capitula infringere, reprobare, corrigere, suspendere, aut dispensare super ipsis, seu contra ea, vel eorum aliquid quomodolibet immutare, nisi contra præmissos articulos in præfata regula, ut præfatur positos, vel aliquam ipsorum existeret manifestè.

§. 4. Aut quemcumque Prælatum, seu Officiale dicti Ordinis, seu alicujus loci ejusdem, quocumque nomine nuncuparetur, ponere, seu instituere; aut deponere, destituere, seu privare, aut à suo Officio suspendere, seu impedire super ejus libero exercitio quovis modo.

§. 5. Aut aliquem Fratrem Ordinis antedicti ad Lecturatum, aut quamcumque lecturam, seu studium, vel gradum promovere, aut promotos ab eis remove, seu etiam revocare.

§. 6. Aut de loco ad locum mittere, aut mutare, sive alicui Fratrum eorumdem eundi ad quodcumque Monasterium, vel locum alium, vel domum, vel aliquam personam, licentiam impartiri.

§. 7. Et ne insuper quemvis singularem Fratrem memorati Ordinis de quocumque crimine, vel delicto punire, vel à pœna, seu penitentia liberare, aut eam minuere, augere, vel immutare.

§. 8. Aut etiam alicui Fratri locum, Cameram, Cellam, libros, vel alias res dicti Ordinis concedere, vel ejus usus deputare.

§. 9. Aut quemcumque per Prælatos ejusdem Ordinis, aut alios deputatum quomodolibet amovere.

§. 10. Nec etiam de rebus, aut correctione Fratrum dicti Ordinis, nisi in casibus præmissis contentis in præfata regula, seu eorum aliquo, se aliquatenus intromittere quovis modo, ita ut dictus Ordo, seu Fratres ejusdem Ordinis in nullo subessent futuris Protectoribus, nisi in casu, in quo ipsorum Fratrum Communis, vel generale Capitulum (quod abesse) à prædictis articulis, vel eorum aliquo deviasset, alioquin si secus fecissent, id decrevit irritum, & inane.

§. 11. Et nihilominus Fratres, qui contra ejusmodi inhibitionem quidquam impetrassent, seu post

Referuntur verba S. Francisci de Protectoribus

Pontifices Prædecessores qualiter intelligenda declarant.

Gregorius XI. inhibuit ne Protectores disponerent contra statuta in Capitulis Generalibus, nisi essent contra Regulam.

Neque ullum Prælatum, aut Officiale ponere, aut deponere, seu suspendere, aut impedire.

Idem de Lectoriis, seu studentibus.

Idem de mittendis, aut mutandis Religiosis conventuum.

Idem quoad Religiosorum delicta puniendâ, vel condonanda.

Idem de usu Camere, vel aliorum.

Idem de non amovendis deputatis per Prælatos.

Proctores se non ingerant in rebus aut correctione fratrum nisi in casibus Regula, aut Communitatis, seu Generali Capitulo deviantes.

Fratres utentes

inhi-

Causa finalis hujus Constitutionis iustitiam regiminis Regularium.

Intendit distinguere quæ competunt Protectoribus, & quæ Superioribus.

Intendit comprehendere qualiter omnes Ordines.